

MEDICINA  
GHYMICA, ET VERI PO-  
bilis Auri assertio, ex lucubrationibus Fr.  
ANTHONI LONDINENSIS, in Medicina  
Doctoris.



Ille curru sublimis eat;  
Me mea quies animi secura  
Consciæ recti, reddat beatum.



CANTABRIGIÆ,  
Ex officina CANTRELLI LEGGE, celebre  
rimæ Academiæ Typographi.  
1610.


## PRÆFATIO.

Post multos & ineffabiles labores, vigilias, sumptus, præparationum fideli exercitatione continua, quæ scita ego omnia ad optatum tandem perduxerit finem auspicante Deo. Interea, nihil sinistri præfigente animo, debitam mercedem expectans, frustraneos deploro labores. Ego triticum seminavi: Inimicus homo Lolia in terram nostram inspersit. Ita rei bene gesta comitem esse tristitiam cerno. Hanc igitur Apologeticam querelam in lucem emisi, instanti (ut spero) & honestam. Primum, ut me vindicem ab imposture criminis. Dein, ut industria, perficitio, veritas, atque experientia nostra certa manifestetur omnibus. Non sum equidem nescius, reperi paucos inter eruditos, qui hanc Philosophia partem non irrident. Ceterum experientia practicæ, veritatem Theoria corroborat in omni disciplina. Itaque cobortor omnes, ne pulcherrimam rerum experientiam temere rejiciant. Non vos unquam pœnitentib[us] (ô viri sanguine & virtutibus generosissimi) ista perlegeret, & vera esse scire. Sub breviusculo sermone totum hoc negotium comprehendimus esse voluimus, ne radio vobis effet prolixa oratio. Non expeto ut liber evadam à censoribus maledicis ac invidis. Sed nil eos moror. Gratum erit omnibus (nil me tu) Naturæ ac Artis amicâ providentiâ, duros mortaliū languores benignè posse refocillari.

Virescit vulnere virtus.

<b>Cap. 1.</b>	<i>Potabile Aurum, an sit.</i>	Pag. 1.
<b>Cap. 2.</b>	<i>Potentissima Medicinae vis latet in Metallis.</i>	25
<b>Cap. 3.</b>	<i>Inter Metalli Aurum summū obtinet in astruenda vera Medicina.</i>	27
<b>Cap. 4.</b>	<i>Mysterium Auri solvendi, &amp; per Alembicum elevandi.</i>	31
<b>Cap. 5.</b>	<i>Petit Author publicum examen fieri veritatis huius Mystery per oculatos testes, aut silentiu imponit oblatribus sempiternum.</i>	40
<b>Cap. 6.</b>	<i>Quod Aurū potabile uniuersalis Medicina dici mereatur.</i>	46
<b>Cap. 7.</b>	<i>De multiplici usu ac viribus nostri potabilis Auri.</i>	48


IACOBO D. G. MAG-  
NÆ BRITANNIÆ, FRAN-  
CIAE, & Hyberniae Regi, pio, prudenti, &  
semper Augusto.



Ominum studia in temporum revolutionibus miras subiere mutationes. Medicina ipsa aliquandò sincerius, quandoq; remissius fuit tractata, vt annales ferunt. Tempore suo Hippocrates Artem hanc negligentiā mutilam reperit: quam ille in ordinem redigit, restauravitq; : restituta, rursus inquinarunt posteriores. Ita sensim sine sensu pristinæ Philosophiæ splendor omnis evanuit. Singulis tamen semper in æratibus singuli sunt reperti, quos in abdita Naturæ intromisit Deus pulsantes acriter: videlicet, veri diligentissimæ inquisitione, perseveratiâ in incæpto, & oratione pia. Hæc sunt illa media quibus nituntur Philosophi, & multi his medijs assucti, ab exiguis prin-

principijs ad summa pervenerunt. Idem & nobis censeo faciendum qui humanæ salutis invigilamus, ut intueamur Naturam in intimis suis visceribus. Tum deum apparebit, quām mirificè creatæ res maiestatem Creatoris nobis explicit. Liceat iam mihi (Serenissime Rex) in Medicinis exercitato, pro tenuitate meā, illa de Medicina coram Celsitudine vestra palam effari, quæ ex proprijs lucubrationibus petita, in publicum patrīæ meæ emolumentum per magni interesse confido. Sis mihi etiam propitius (o Rex) ut sub tuæ Maiestatis tutela ac patrocínio, pauca hæc exire, atque in vulgus emanare liceat. Hæc in recessu maiora fortasse apparet, quām primâ fronte promittunt. Sed qualia aut quanta sint, quoties cupieris in viva practica demonstrare paratus sum. Veram ideo illam, atque antiquissimam Hermeticam Medicinam diu sepultam tenebris, iamque emergentem, pro Regio tuo munere ac multipli doctrina subleves: ut omnibus patris patrīæ muneribus perfunctus, vitam longam fœlicemq; ducas, & perennem gloriam pro benerem erga bonas artes posteris relinquas.

*Ne iaceat sine patrocinio virtus.*



## C A P. I.

### *Potabile Aurum, an sit.*



Vrum, solidissimum illud corpus ac primum Metallum, ignis furiosam flammarū non pertinacens, aeris corruptioni resistens, ærugini terræ, & aquæ putrefactioni: an humano labore ac artis ministerio ita subigi possit, ut tu: o intra humanum corpus sumatur: præterea, ut etiam in Medicinam salubre e-vadat, & summarū virium (ut pollicentur Chymici) iudicium iampridem est valde anceps apud eruditos. Confligunt de hoc milites, & ubi steterit victoria in anticipi esse credunt plurimi. Non assentiuntur Platonici, non Peripateticæ scholæ.

*Picus Mirandula* nobilis ille Comes, & Philosophiæ sacræ initiatus, nec non rationum argutijs plurimum pollens, Peripateticis astipulari videtur. Ille adversus Auri æstimatio-

*Aurum Potabile.*

nem, nonnulla produxit in medium, qualia sunt hæc.

Quòd à Medicis antiquoribus, multa magis laudata sint quam Aurum, quæ humani corporis temperamento prodeesse dicunt magis, & laudata magis ad vitam refocillandam.

Quòd plures à Plinio vituperationes Auri, quam laudationes esse prescriptas animadvertit.

Quòd sapores & odores omnium Metallorum sint quodammodo foetidi, ex sententiâ Magni Alberti generatim data.

Quòd Aurum sordet, & tingit manus, & contrectantes inquinat, propter Sulphur quod ei adniscetur.

Quòd Dioscorides nullius ex Auro Medicinae protulerit experimenta.

Quòd ingrato sint sapore Metalla omnia, & odore sulphureo, & ideò quòd non possint quoquo modo non obesse ijs, qui ægri decubunt: tantum abest ut abeunte animam suo delinimento retineant.

Quòd nulla Metalla nutriant, cum nequeant, concoqui, sic ut in carne in vertantur & sanguinem; Inepta igitur penitus ad medicandum.

Hæc præcipua sint eorum quæ à *Mirandula* producuntur in redargutionem Medicæ aestimationis

*Aurum Potabile.*

mationis Auri. *Plinius* autem ac *Dioscorides* de quibus mentio fit, in Chymicorum officinis nunquam versati, commune iudicium secuti sunt: & de Auro crudo sententiam tulerunt, veluti & Magnus ille Albertus, sapores atque odores omnium Metallorum merito vituperans. Sulphur enim extraneum (quod verum est) in generatione Metallorum supervenient, Metallicis corporibus profundius immiscetur, & tenacius ijsdem adhæret: nec est Aurum, licet perfectissimum sit Metallum, immune a liberum ab omni macula. Medica autem omnis vis, non in Auro illo crudo licet obrizo cernitur, ubi crassa sua materia desultat, & fæculentia in profundo adhæret: sed ubi corporea sua moles debita præparatione subacta fuerit, Metallicæ etiam forma omnino destructa, non tantum superficie tenuis ne recrudescat materia, sed verè Philosophicè, ut spirituale corpus evadat, & irreducibile, aut frustra sudas. In Basilica Chymica nuper edita sic scriptum reperies: Farentur vulgares Medici Aurum confortare, quod non de "comitum" Auro mortuo aspectu saltem Cor exhilaratite, sed de Philosophico, Viuo, Regenerato, plusquam perfecto, & in omni liquore solubili audiendum:

Addè insuper quod *Mirandula* ipse met conseretur, se illa perstrinxisse non decernendo, sed disputando: quando Potabili Auro utuntur quidam ad omnes tollendas ægritudines, atque ad vitam quantum per vires naturæ licet prorogandam. Egi (inquit) causam eorum qui Aurum potabile vellent dispendere: quod quidem ego colligere maluerim, & optarem egregiè posse ad nostri corporis aliorumq; salubritatem. Præcipue cum constet Antonium Chyrurgum nostrum superioribus annis matronam ex foro Cornelij Pthisi moribundam, paucis diebus ab ipsa tate liberam sanitati pristinæ restituisse, solo potabili Auro, quod ex ipsius patru Nicholai confecerat disciplina.

Apparet ex his, quod licet *Mirandula* ambiguus quodammodo hæsitare videatur, ne forte Peripateticis contrarium sentire dicatur, manifesta tamen experientia evictus, istius Philosophiæ veritatē planissimis verbis confirmavit: veruntamen sub hac cautela, quod inter mille mortalium myriadas pauci sint reperti, qui portionis aureæ conficiendæ scij gnariq; fuerint.

Descendamus ad alios etiam, qui singulis in ætatis maximè claruerunt, Philosophos æquè ac Medicos. Omnis enim Philosophica disciplina usq; dum per suum effectū dignoscatur,

Phi-

Philosophantium testimonio vera esse comprobatur.

*Raymundus Lullius* summus ille Philosophus, pius, & Christianæ religionis strenuus propugnator, in intima illa Naturæ secreta ita penitus introivit, ut nihil intentatum reliquerit, usq; dum ad supremum præparationis Auri gradum peruerterit. Multa eius monumenta apud nos extant, in quibus comprehenditur integrum magisterium veræ ac Philosophicæ solutionis Auri, ac totius eius regiminis, ut redigatur tandem in formam potabilem, & vera medicinalem: idq; sub continua quadam orationis serie. Interca tamen geminæ præparationis scopum, & *Raymundus* ipse, & Philosophi similiter omnes ænigmaticè tantummodo insinuarunt: occultaverunt autem pro eorum posse secretum ipsum, ne indignis pateficeret. Practicum posuerunt omnes sub diuersis regimini bus, multiplicibus imbibitionibus ac distillationibus ut expedit. Solidum enim hoc corpus licet perenni madefactum gurgite, nullam omnino solutionem admittit. Sed si terram hanc nostram pluvia atq; imbressæpius ac copiosius humectent, & illam Sol suo calore & fervore iterum desiccat, successu temporis solutionis fructus prodibunt, & emollescet materia mellis

A 3

instar.

*Aurum Potabile.*

instar. Mellea hæc substantia Catholicon est Remedium, & potest bibi, & sumi, in vino, brodio, aqua stillatitia, aut liquore quocunq; ut plenarie in libro suo de Conservazione vitaæ humanæ tractavit.

*Arnoldus Villanovanus* eodem tramite insistens delineauit Spagyricum processum Auri & Argenti simul. Vna est enim eademq; linea-  
ris via in vitroq; artificio. Quod inter Sophistas & vulgares Artistas in vsu non est. Eorum solutivum appropriatum ad Aurum, nullum ha-  
bet cum Argento commixtum, nec è contra.

*Petrus Andreæ Matthiolus* celeberrimus Germaniæ Medicus, petitioni Andreæ de Blawen satisfaciens in Epistola quadam quæ extat, respondet in hæc verba. De facultatibus Auri potabilis, dubium non est quin eç sint maxime. Ausim dicere, neminem Medicum absolute esse posse, imò ne mediocrem quidem, qui in hac nobilissima distillandi scientia non sit exercitus. Id cùm alibi, tūm imprimis in Chronicis Morbis est animadvertere, vbi tota massa san-  
guinea in universo venarum ambitorum corrupta est, & reserta multorum Morborum seminarijs. Hi (inquam) citra Metallica devinci vix pos-  
sunt. Ea enī sola, vi ignis ita attenuantur, et  
amq; penetrandi vim acquirunt, vt habentum

totius

*Aurum Potabile.*

totius corporis facile permeent: cum interea cæteræ plantæ eosq; ignem non sustineant. Ac qui eiusmodi Morbos citra Scientiam res Metallicas tractandi aggrediuntur, ij plerunq; re infecta, cum magno dedecore, & suo, & Artis Medicæ desistunt.

*Andreas de Blawen Med. Petro Andreæ*

*Matthiolo. S. P. D.*

Sæpius sum admiratus, plurimos ætatis nostræ summos Medicos, Naturæq; indagatores acer-  
rimos, qui cùm in materia Medica cognoscenda & explicanda plurimum navarunt operæ &  
laboris, interea tamen Aureæ illius aquæ, mag-  
ni imprimis, & nunquam satis laudati Remedii,  
mentionem omnino nullam faciunt. Quam ta-  
men adeò nobis commendarunt ex veteribus  
quidam, vt cæteris eam omnibus Medicamen-  
tis facile prætulerint. Quippe qua, vires vt  
illæ langueant, restituantur instantium, vt reiu-  
uenescere videntes, vigorēq; inde incredibilem  
facultatun omnium corporis recipere videan-  
tur. Eius rei causam, an in difficultate eius  
aquæ parandæ, quod in conficiendo Chymicos  
labores requirat, quos pauci sciunt, vel tan-  
quam sordidos abnorent; an in auaritiam &  
sumptuum parcimoniam referam, dubito.  
Complures certè esse scio, qui cum ipsi rem i-

ta

### *Aurum Potabile.*

ta arduam, vel ignauiam, vel mentis habitudine non valerent assequi, conatus in ea aliorum industriorum hominum summopere contemptus & eleverit. Quorum ego impudentem & insciem temeritatem deploro, &c. & in sequentiibus haec superaddit: Vnicè detestandi videntur zoili isti, qui viros bonos, cum, ut vitæ usuique immortalium consulant, plurimum diligentia, curæ, laboris, & sumptuum, in inquirendis hisce Naturæ secretioribus Medicinis conferant, invide eos ridendi, mordendi, ac carpendi sine nullum faciunt: neque tamen ipsi interea, meliora in lucem restituunt. Haec nostra iam res agitur. Sed meliora spero.

Nec vis vlla adigat preclaro absisterre coepto.  
Virtutis Regnum viret, æternumq; virebit.

### *Josephus Quercetanus.*

Miræ actiones proficiscuntur ab Auro, cum  
est spirituale, & mole corporis exutum.

Aurum in conseruanda hominis vita & validitate, & Animalia, & Plantas superat, quia constantiores spiritus habet quam plantae aut Animantes

In Auro summa est propugnandæ vitæ nostræ, & conseruandæ Medicina.

Nihil sub Cœlo invenias magis homogeneum, magisq; simile, ac tenuioris substantiaz,  
tempo-

*Curram Potash.*

temperatoris naturæ, corruptioni seu putrefactioni misus noxiū, quam pura Metallorum substantia.

*Marsilius Ficinus*, *Utriusque Cosmologiae*

Aurum ante omnia probo, tanquam omnium rerum temperatissimum & à corruptione tutissimum. Calorem naturalem cum humore mirificè temperat, humores à corruptione sanat. Veruntamen oportet durissimam Auri substantiam subtiliorem facere, penetratiq; faciliter.

-Non mollescit **Ioannes Fernelius** sed tradidit.

Aurum temperatissimum, ad naturæ robur,  
& effectus Melancholicos, ad excretum Stomachini,  
ad Cardiacos, & præter rationem  
mæltos, officiale. M. ann. 1514 apud. 1000.  
100 mithri. *Author Demagorion.* in lata que-

## Adrum perindeat hsi in substantia Metallica.

erit aqua vice, quam manimē subtiliter, nullā  
penitus affinitatē aut conuenientiam aliquam  
adipiscitur propinquius earum humanæ, qm̄ si  
corrupta prius forma durat, & redacta ad ipsius  
materiali primam sufficienter purificatur &  
digestam. Nam sic acquirit hanc affinitatem  
& conuenientiam cum corpore humano, quam  
etiam cæteri cibi & Medicinæ præseruatius  
possident, quas ratione hec longè prececellit in  
virtute.

B II

Bern-

*Bernardus Penorus.*

Aurum abitq; omni corrosivo præparatum, absq; periculo oinni ac nocumento humanum corpus sanat, omnem Morbum contagiosum pellit.

Quando Aurum venit in corpus, & à nostro Balsamo apprehenditur, tunc clarificat Balsamum sanguinis, à fumo malevolarum Stellarū.

*Cardanus in lib. De Subtilitatebus.*

Aurum est res arcana perfectissima, tempore aequali, ac mirabili proportione Elementorum virium composita, cui nullum corpus mixtum aequiparari potest. Vulnera cum illo facta non inflammatuuntur.

Aurum habet viam confortandi & exhilarandi Cor. Namq; per venas Mesentericas ad Herpar, tandem ad Cox, unde per universum corpus faciliter transducatur. Deficere superfluitate omnia à substantia Cordis, & spiritus sua claritate illuminat, confortat sua soliditate, tempore suo comporat sanguinem, praeservans puri edici resistens, cunctemq; purgans, doinat Melancholiæ & Maniam, vires ac spiritus expletos reficit.

*Hieronimus Rubens lib. de Diffusionibz. & Collectionibz. Nihil valentius puto ad diuturnam insculptum memq;*

memq; vitam servandam, iusto Perfectorum Metalorum vsu, quod substantia sint nequaquam corruptibili, & quæ plurimum duret.

Aurum temperamento, si quid aliud, humano simile est: eamq; ob causam calore suo ferè Cœlesti, vires nostri corporis, vitalem potissimum, earumq; sedes, nempe Cor, Cerebrum, Iecur, roborat, sanguinis ac spirituum substantiam puriorem illustrioremq; reddit.

*Rubens* præterea memorat iuvenē quandam: qui cū infirma admodū esset valetudine, & assiduis penè Morbis tentatibus, innumeris generibus remediiorum expertis, Auri cuiusdam potabilis vsu ita convaluit, ut Septuagenerius iuvenibus vix cederet. Cumq; veneris desideria insurgerent, eius visum intermittere coactus fuit.

*Jacobus Weckerus Basiliensis in Anatomia Medicinali vidotario suo.*

Aurum Cor, & vitalem facultatem mirum in modum corroborat. Inseritur Medicamentis, quæ attrahuntur Competunt Morbis. In ore contentum, anhelitus graueolentiam tollit. Cardiaeæ, Melancholie, Cordis palpitationis, Morbo aitonito, Comitiali, Elephantaco mendetur. Ad hæc, spiritus animales, vitalesq; recreantur.

Si tēstē conficiatur Aurum potabile, mirabiles utilitatis effert. Nam tenacitate substantia solidas fibras suas parvae atque penetrare potest, & per omnes expandi; sinceritate temperamenti, calorem nativum excitare ac tueri; densitate ac tenacitate, humidum radicale ac primigenium solidius ac firmius reddere, neciō absumatur.

*Julius Palmerius.*

*Julius Palmerius* Parisiensis Medicus, ad annum sexagesimum sibi ætatis totus Medicinae Dogmaticæ ineulpsit, & in uscavis Pharmacis spem omnem depositus. Tandem vero ad Metallica vel invictus configit, in exemplum Iuannis Fernaglie praeceptoris sui. Cuius laboris ac sedulicatis nunquam me poenitebit (inquit Palmerius) quicquid calumniatores obganniant malevoli.

Ille in libro suo quem de Elephantiasi inscripsit, in hæc verba epilogizat, *Omnium Remediorum Elephantiacorum vires superat Cartanicum nostrum Metallicum; ac cum omnem ac serinam humorum omnium malignitatem mirè obtundens, ac nihilo minus blandè adco alvum solvens, ut pueris & prægnantibus traxi dari possit.* Constat autem ex Hydrographo, & Aurora permisit atq; immutatus longa mag- ratione,

ratione, ev vim Cartanicā affequatū sit. Vnde autē atq; eadem opera, & pueris, & grossos omnies humores expurgat, & calidam atq; siccam viscerum constitutionem emondat. Hæc ille.

*Osvaldus Croilius.*

Auro Natura non contemptibiles indidit vires, quasq; scit eruere & Arte tractare; concipiet Aurum quod mortuus & sterile videbatur, vivum esse & prægnans; vnde verus Philosophus mirabilis, & omnibus experientiam concinnoabit medelans, que humanorum corporum Morbis incurabilibus affectionata omnivita tolleret.

Mirto iam Paracelsus, eiusq; testimonium copiosissima supellecile ditatum. His invianomendulcetum aures hanas facile ferunt. Ego igitur illum de industris malkoppe forte quis existimet ab illo uno novitatis avido fundatam esse hanc Philosophiam, vi Dogmatici falsò calumniantem. In d'auklis retro seculis claruerunt Philosophi, quibuschpæ placta gravissimafuerunt etiam etiungendi moxus ha-

*Cari est, ut in Euonymi chrysodea?*

Aurum potabile bibitur. Cordis leuitam præstat, eiusq; vires auget, & Morbos repellit. Soporificum verbi datur, humorum algemas salvos. Omnes corporis partes illefas inerunt. Lepram

curat: sanguinem mundat. hæc in genere. Ad particulares tandem descendit Morbos, singulis à Capite ad Calcem sua specifica assignans, quæ transiuntur operandi virtutib: uno membro in aliud iuxta vehiculi proprietatem.

Vt Capitis dolori, cum aqua Beroniceæ.

Scotomiae &c, vertigine, cum decocto Buglossi & Melissæ.

Lethargo, cum aqua ardenti & Lilijs.

Memoria corruptam, cum foeniculi decocto & Acororum potatum restaurat.

Melancholiæ subtiliter, omnemq: amennitatem cum aqua boraginis.

Facit ad Morbum attonitum, cum aqua ardenti.

Cum Pœnitente abbas radicis Linae decretice decocta, ut Morbum Comitiale.

Ad membrorum molles, cum aqua Salviae stillantia, aut decocto ex ea.

Ad distillatas seu Rheumatismos, cum aqua Iridis.

Ad fluxum sanguinis narium, cum aqua Scabidæ.

Valeat & Tussi, cum aqua Capillorum vegetabilium.

In sputo sanguinis, cum Plantaginis aqua.

In Phthisi, cum aqua Mollis, & Lacte.

In

In dolore & abscessibus Pulmonis, cum aqua Cancrorum fluvialium.

In tremoribus Cordis, cum aqua Melissæ, & Buglossi.

In dolore ventriculi, cum aqua Menthæ, vel ipsius decocto.

In Calida dispositione, cum Rosacea, aut Myrtillorum aqua.

In Dysenteria, aut ventris tormento fluorique, cum aqua Plantaginis.

In Coli dolore, cum Ardenti aqua.

In Vermium passionibus, cum zedoarice decocto, aut Absinthij.

In Hepatis tumoribus, aut obstruktione, aut aqua intercytem, cum aqua Scariolate

& Hepaticæ in causa calida: in causa frigida, cum Spica Nardi decocto, aut Cicero nigricornis.

In Ictero Morbo, cum aqua Caprifolij, vulgo Periclimenos nuncupati, aut sero Caprino.

In Liquis passionibus, cum aqua Fraxini, aut Tamaricis.

In Reñum passionibus, oppilatione, & lapide, cum Tribulorum marinorum, aut Raphani, Alkekengi, aut Pimpinellæ, aut pulvere Philanthropos seu Aparinæ.

In

In Stranguria, & Renum ulceribus, cum Caprillo lacte.

In Mensuram suppressione, cum aqua Sabinae aut Matricariae.

Auxilium sterilitati praestat, cum aqua Nephrae & Lavandulae.

Arothriticis, Morbo articulati, Podagricis, Ischiadicis, Chydragricis, & extenuatis, cum aqua ardenti, aut Paralysis, aut Lavendulae.

Pestilentis febri, cum Acetosae, aut Buglossi & Scabiosae.

A veneno preservat, & veneno affectus, mortisq; à Cancerabido curat, cum aqua Tormentille, Dicotomia albi, & Bistortæ, aut aqua radicis Pagonie.

Febres quotidianas, tertianas, quartanas, in accessione seu Periodi principio exhibitum; cum aqua Scolopendrii.

Vagas & erraticas, Causumq; cum serapio violato delet.

Vix; unico die a illi verbo, afferunt Aurum potabile cum aqua ardenti nobile induere effectum in humano corpore, omnemq; ferre pelle re morbos. De ipso antem in magnis Morbis scrupulum exhibendum censent: in mitioribus, scrupuli dimidium: in partuis, ad duorum gran-

grandrum hordei pondus, deculpa decocti ipsi miscendo.

Ut autem Potabile nostrum Aurum iuxta præscriptas hæc regulas proportione ac ponderi iusto debite administrari possit, æquum erit ut hoc Aurum quodammodo induretur, & aptum reddatur solutioni in quocunq; liquore. Quod & nos paratum habemus, ne quid defit, quod ad tanti Mysterij complementum, maxime in capitalioribus Morbis spectare videatur.

*Martinus Rulandus.*

Mar. Rulandus in suis curationum Centurijs mentionem facit saepius de Spiritu vita Aurex (quem nominat) Cuius vires & effectus varios quos in Morbis personandis præstisset, annexo Catalogo commemorat. Cuiusmodi sequuntur.

Alvum constipatum solvit.

Aperit & purgat Membrorum, venarum,

meatuumq; omnium orificia obstructa.

Bilem utramq;, Pituitam, & aquositates expurgat.

Calorem in partu confortat.

Calculos vesicæ & Renum frangit & eredit.

Capitis Morbos Phlegmaticos,

Colicam frigidam & fluviosam sanat.

C i

Cordi

*Aurum Potabile.*

Cordi prodest, & corroborat omnia principalia incimbra.  
 Hydropem omnem, Ascitem, Anasarcam, tympanitem repellit.  
 Inappetentia medetur.  
 Ingenium acuit.  
 Iuventutem conseruat.  
 Linguæ Paralyticam sanat.  
 Lienem, eiusq; affectus corrigit.  
 Morbos Chronicos & contumaces,  
 Morsus Canis rabidi sanat.  
 Menses retentos citat.  
 Mulieres fœcundas reddit.  
 Pestem sanat.  
 Stomachi ardorem,  
 Spasimum,  
 Stranguriam ausert.  
 Torimina ventris,  
 Tristitiam pellit.  
 Tussim diuturnam, veterem, & recentem  
 removet.  
 Veneno resistit. (pellit.)  
 Ventriculi statu, ardorem, & alias mala de-  
 Vomitum compescit & sedat.  
 Istæ, & istiusmodi plures recensentur facultates  
 secreteæ in Auro suo spiritu, quem consecrat  
*Martini Ralstoni Medicus.*

Tædium

*Aurum Potabile.*

Tædium force & supervacaneum Philo-phantium testimonia vterius prosequi. Nostra hæc oratio longius æquo (quod vero) expatiatur. His supercedendum conso, brevitatì stu-dens.

E contra *Erastus* Medicus alsoquin celeberrimus, quæ de Äuro Potabili traduntur, fabulas esse, & impostorum nugas clamitat. Sed non ferat quis iudicium temerè de ignotis. Ille non Aurum solummodo & Argentum, cæteraque Metalla, sed Gemmas etiam, Margaritas, Corallium, omnia dñiq; subterranea ac fossilia, eò quod vitam non participant (vt ille vult) e Medicorum familia extermimat. Nullam enim Erastus aliam agnoscit in rebus creatis vitam, quam quæ manifestè vegetans est aut spirans, vt etiam Peripateticis placet. Sed nihil est corporale ex creatis rebus omnibus, quod non habeat in se latenter quendam spiritum Divinum donum, alienum quid à corpore mole, quæ ad agendum penitus est inepia.

In ipsa Mundi fabrica, vbi primum terræ facies & interiora eius viscera rebus singulis ob-vestita sunt, Spiritus Domini perlustravit omnia, in Cœlis, supra terram, in Mari, & in terræ visceribus ad eius centrum usque penetrans: & hoc Spiritu singula sunt repleta, & erant om-

nia valde bona. Nihil superfluum invenitur, nil diminutum, nec quicquam Numinis expers. Divinitus est igitur infusus rebus omnibus suis quidam Spiritus, qui continet in se occulte creatae rei potentiam, vim, virtutem, vitam, qualem Deus posuit in creaturis suis.

Mineralia autem praे alijs rebus omnibus, occultiori quodam modo viventia sunt: ut ferri in Magnete, in Gagate palearū attractio nobis demonstrat. Et quamvis ista rerum Metallicarum vita crassiori quadam cohibetur materia, potest tamen arte secerni, & in lucem afferri, ad perpetranda miracula in humano corpore.

*Erasistrus* ille, longa verborum serie demonstrare contendit, in vita carentibus, qualia sunt (inquit) superiorius commensorata Metallica, Gemmae, Margarite, Corallium, lapides, & huiusmodi, nihil esse in illis vrile quod Medicamenti rationem obtineat, cum virtus Medicinalis in vita solâ consistat, vegetabili scilicet aut animali. Quantò satius ac melius sentijt *Petrus Seuerinus Dana* Philosophus ac Medicus in Idea sua Medicinae Philosophicæ, sub his verbis.

Perfectissimorum corporum Balsami & desideratae proprietates, tam duris corporum carceribus continentur, ut favorem & benevolentiam

tiam quam humanæ Naturæ debent, demonstrare non possint. Ita Corallorum, Perlarum, Gemmarum, Auri & Argenti, reliquorumq; Metallorum virtutes, dolent se frustra in mundanam provinciam venisse, & Mortalium scelestam temeritatem continenter accusant, quod tantarum prædestinationum immemores, ad quas Naturæ providentia destinabantur, in peregrinos & infames vslis, tantarum rerum Majestatem commutaverint. Impuritatem pellis, inscitiam mentis tegere coguntur, & dolosa superbia, avaritia, luxuria, perfidia, adulterij, discordia, & mortis ministeria subire. Hoc est, in non naturalem vslum res transferre, iniquas vsluras exercere. Inventi sunt qui folia Auri Electuarijs & Tabulatis miscuerunt, qui pulveres Corallorum, Perlarum, & Gemmarum ad confortationes Cerebri & Cordis magna simplicitate exhibuerunt. Infelix mortalitas, invilibus questionibus & disputationibus vitam traducimus. Naturæ præciuos thesauros, in quibus gravissimorum morborū Medicinæ ab Altissimo collocatæ sunt, intactos relinquimus. Nec ipsis solùm relinquimus, sed alios inquirere volentes, prohibemus, impedimus, condemnamus, irridemus, & Mille Iudibrijs afficiamus. Hec ille.

*Aurum Potabile.*

Non enim ad seruilem solummodò usum creavit Omnipotens suprema illa corpora. Non (inquam) ad explendam cupiditatis sitim, non ad ornatum, non ad pomparam, aut ad superbiæ ministeria. Altiora sunt Arcana, quæ in corum abysso recondita latent.

Præterea contra Erastum illum, liceat mihi opponere Iosephum Quercetanum Medicum, nuperim respondentem ad fantasmatæ illa Anonymi cuiusdam Parisiensis, sub nomine (scilicet) sexaginta Medicorum Parisiensium, uno eodemq; Motbo laborantium. Ille fuisus hæc omnia exaravit.

Operæ pretium est (inquit ille) oculis obijcere, quantus & quam pretiosus fuerit auxiliorum Metallicorū usus apud antiquos, quibusue modis Antidotos suas illi exornarunt ac locupletarunt, quas præ omnibus commendatissimas habuerunt, ut citra tamen præparationem ea Metallica Remedia usurparent. Nihilominus negari non potest, quin vires maiores ea assequantur, ac efficacius agant, si solertis Chymicis industria deputata, abieciis supervacancis fæcibus noxijs potius quam utilibus, in usu sic ritè preparata revocentur. Et quamvis specie verboq; tenus Galenorum schola, Mineralia non sine impio & ingrato fastu à suā

præ-

*Aurum Potabile.*

practicâ detestentur : tamen in gravioribus Morbis omni vegetabilium derelicto subsidio, ad Mineralia consugit, licet ea temere, ignaviter, & proinde invtiliter usurpet.

In Antidoto quæ Aurea Alexandrina dicta est, hæc Metallica recensentur: Sulphur, Aurum, Argentum, Saphyrus, Smaragdus, Iaspis.

In Antidoto è Rosis quem valere dicunt adversus Stomachi calorem, Iecoris, Lienis, Pulmonis, omnemq; calidam totius corporis intemperiem. Cardiacis item, nec non ad omnem animi defectum ex caliditate ortum: inter cætera Metallica recipiuntur hæc: Aurum, Iaspis, Sulphur, Crystallus.

Antidotus è lapide radiante, ad omnes Melancholicos affectus ac Cardiacos celebratissima est. In quam ingrediuntur Aurum, nec non lapis lazuli.

Antidotus Miripso vindicata, quæ Dysentericis, ac Cæliacis summe est utilis, lapidem hæmatitem, Sulphur vivum, Alumen scissile, & ustam Calcitidem excipit.

Antidotus quæ Triphæra dicitur, è ferro, frigiditati & humiditati ventriculi atq; inflammationi, nec non frigidis & putridis humoribus è ventriculo, vniuersoq; corpore expurgandis conferens: stomatibus ferri libram v-

nam

*Aurum Potabile.*

nam admittit, quæ ferè reliquorum ingredientium pondus ex aromatibus adstringentibus ac robotantibus constitutum superat.

Huc annexuntur Antid. Argyrophora dicta. Antid. quæ Eclogæ nuncupatur, hoc est selecta. Quidam etiam ex optimis Mithridaticarum compositionibus habent, Sulphur, Nitrum, & adustum Plumbum.

Antid. è zinzibere intromittit lapidem lazuli, lapid. Armenium, Antimonium & Aurum: in deliquijs animi aut Cordis defectionibus maximè utiles, ut ipsi venditant.

Si illi Medici, crudis eiusmodi Medicamentis, noxijs potius quam utilibus, commendantur ac laudantur, cur nos tanto artificio, tamq; salubri præparatione eorum virus infringentes ac innoxia prouersus, imò summæ efficacie ac utilitatis ea reddentes, ab imperito isto Anonymo novitatis impudentissimè insimulcimur?

Hæc ego ad literam transluli ex responsione Quercetani ad Anonymum illum, qui usq; adeò aspernatur auxiliorum Metallicorum administrationem: nec meliora his dare possum. Quin & Erasmus ipse met hæc omnia vel inuitus confiteretur sub finem sui tractatus: vbi agnoscit Galenum ipsum, & posteriores etiam in quibusdam confectionibus miscuisse Aurum ad hilas.

*Aurum Potabile.*

hilaritatem excitandam & mæsticiam pellen-dam. Quid reliquum est igitur quod in hac causa defensionis indigeat? Standum (ni fallor) iudicij tūm antiquorum tūm recentium Medicorum, Dogmaticorum simul ac Chymicorum, qui unanimi consensu admittunt in Medicinam Metallica auxilia.

## C A P. 2.

*Potentissima Medicinæ vis latet in Metallis.*

**S**atis iam dictum arbitror (quantum huic proposito inferire videatur) Remedia Metallica admittenda esse in Medicam familiam. Proximum erit ut doceamus, istiusmodi auxilia debitè præparata, validissimas obtine-re vires in tota Medicina, tūm ad valetudinem conservandam, tūm ad Morbos profligandos.

Ad tuendam sanitatem Medicinæ conservatiæ debent multum durabiles esse, & à corruptione remotæ. Siquidem Natura non dat quod in se non habet: nec quicquam de scipso potest exercere, nisi id ipsum etiam in se contineat. At vero in visitatis Pharmacis ac vegetabi-

libus plerisq; citò extinguitur omnis naturæ vigor. Quædam enim uno eodemque anno c-nascuntur, mātūrescunt, & putrent: florescunt quædam iam, mox proximā disparent horā. Nūnis igitur invalidæ sunt hæ species ad prorogandam in valetudine humanam vitam.

Idem de rebus Animalibus sentiendum est, licet in his interitus etiamdum tardior esse soleat, nec tām repente eorum consumuntur ignes.

Mineralia autem longissimæ sunt èratis. Diu in his Natura operatur antequam perfectionē suam assequantur. Diu in Cœlesti obedientiā ac spiritualitate permanent: durante quo termino, virtutes Cœlestes de Cœlo continuò descendentes, penetrat in hęc inferiora, & vim præstantissimam infundunt in ipsum Metallicum radicale: vnde Metalla, omnia Elementata facilè superant. Ipsorum radicale humidum adeò constans est ut corrumphi nequeat. Nihil igitur materiā Metallicā magis durabile est: & per consequens sanitatis conservativum maximum.

Iam verò quod ad Morbos profligandos atinet, quibus humanum genus solet esse obnoxium, nihil valentius esse puto, iusto rerum Metallicarum usu. Permeabiles illæ sunt ad remotissi-

motissimas corporis partes, ad quas vītatis Pharmacis non patet aditus: & pervicacissimos affectus ex altioribus impuritatibus excitatos temperant ac solunt. Siquidem Metallorum spiritus subtile, strenue adoriuntur fortissimas quascunq; obstruktiones, omnium penè Morborum radices. Eligenda est igitur huiusmodi materia præ cæteris rebus omnibus, & præparanda in Medicinam & cibum suavissimum, ad sanitatem tuendam, & vitam absque ægritudine sustentandam, quantum per vires naturæ licet.

C A P. 3.

### *Inter Metalla Aurum summum obtinet in astruenda Medicina vera.*

**M**etalla septem ex Astrologorum suffragijs septem principalioribus membris humani corporis specificè respondent. Singulis illis membris singula Metalla appropriata sunt. Aurum nobilissimum corpus, nobilissimo membro destinatur, eique inservit, Cordi videlicet, quod domicilium est vitæ. Cor scaturigo est vitalis spiritus & sanguinis, omnibus reliquis membris motum & vigorem impertiens. Hic

D 2      vigent

vigent nativus ille calor & humidum primigenium somentum vitae: & ex hoc solo fonte illa primò derivantur: dein in alia etiam emanant membra Cordi famulas & ministras. Hunc igitur calorem fove, & humorem nutri, ad refocillandam humanam vitam, & spiritus ac vires corroborandum. Nativus iste calor non plus & quo fervidus, sed omnino temperatus est. Nam si excessivus esset, humorem citò absumeret: si diuinatus, extingueretur illico ab humore. Humor similiter radicalis non phlegmaticus, sed totus homogeneus & essentialis esse debet, qui pabulum vitae ministrat. Nullo autem modo eis consuli melius potest, quam ipsis Auri qualitatibus. Aurum maxime homogeneis constat partibus, & in summo gradu temperamenti exultat. Natura sagax ita conteumperavit in hoc corpore calidum frigido, & humidum sicco, ut nihil redundet aut deficiat, quod verum temperamentum minuat. Vnde ab igne non comburitur vñquam: quia vnum Elementum protegit aliud adversus ignis pugnam. Tale quid digestibile factum, ut humanis spiritibus temperet, vitalem in Cordis centro calorem cum humore nativo sovet & adauget, eundemque participant cum Corde reliqua membra ingali soedere. Aurum igitur iure optimo principatum

cipatum obtinet. Et (ut uno dicatur verbo) quascunq[ue] in corpus humanum vires, operationes, functiones, reliqua omnia Metalla in se habent, has omnes Essentia Auri exequitur sola. Quin & leprosum corpus humanum invertit totum sicuti intestinum in Macello, ut ipsissimis verbis utar. Hauriamus igitur ex hoc fonte saluberrima Medicamina, si perfectam sanationem gravissimorum languorum moliri velimus.

*Obiectio.*

Sed arbitrantur plurimi, Hermeticam illam antiquam sobilem & Spagyricam prolem, penitus esse iam extinctam: & hoc tantum Mysterium Hermeticæ disciplinæ Naturæq[ue] lucrum, in elapsis tantummodo æratibus relaxisse putant; nostram hanc, umbras solummodo rerum comprehendere,

Pauca vigent hodiè prisci vestigia veri: frustra igitur & invtiliter desudare homines in hisce Arcanis inquirendis.

*Solutio.*

Sciant autem & confiteantur omnes, quod semina in sapientiæ thesauris absconsa, temporibus & nationibus destinata fuere in omni seculo ex statuto Dei decreto. Hæc Dei Magnalia à Deo ipso dependent, cum vult clargitus,

*Aurum Potabile.*

& subtrahit. Quod liberum est igitur Dei dominum, homines hominibus eripere non debent. Iam tandem tempestivum videtur descendere ad res proprias nostras. Quoniam igitur hoc subiectum quod nobis iam præ manibus est, tractatus huius suggestit argumentum: & quoniam hæsitare scio quamplurimos, utrum Medicamentum illud nostrum, quod Auri pocieni nomine insigniri voluimus, sit ex Auro obrizo præparatum (ut publice datur) aut conflatitum quid s'quod illi clamitant) ex vitriolo, Salis oleo, Sale Tartari, auri similibus: operæptatum duxi, & omnino necessarium, hunc omnibus ex animo scrupulum ut evellam.

Primum igitur (agendum est enim cum Philosophis, & cum ijs qui in hac provincia per aliquot fortasse annos militariū) totius regimini nostri quo utimur in hoc Magisterio, nos specimen hic ponemus, Theoriam simul ac Praxim: ut sciant artis filij & Mysteriorum natüræ in dagatores, non esse hæc inanis ostentationis ludibria, non iuposturæ insignia: nec aliunde esse petita, quam ex ipsis Spagyricæ artis principijs certis: quæ ut cæteratu in rerum Elementatarum omnium, ita & ipsius Auri solidissima docet disiumpere membra, & Essentiam eius evocare, ut humanis spiritibus tan-

*Aurum Potabile.*

tandem obtemperet. Gratum opus languentibus ægrotis: ingratum fortasse ijs quibus displicant hi conatus. Tu tamein perge,

Quo superium decreta vocant & sancta voluntas.

Tu quoq; præsenti qui nos hoc munere donas,

Et celsum Dux prodis iter,  
Qui te & os naturæ aditus, qui sacra recludis  
Atria, & amissæ restauras Artis honores,

surgentem ægrius herbam  
Horrentes inter spinas, tribulosq; feroce,

Irrora:  
Informis non semper hyems Saturnia fundat

Frigora, & algenti contristet Sydere terras;  
Sic mihi læta seges plenis florebit aristis.  
Liceat mihi cum Philosopho sic Carminibus  
perorare.

## C. A. P. 4.

*Mysterium Auri solvendi, & per Alembicum elevandi.*

C Orpus Auri solidum, indiget præparatio-  
ne longâ, atque operatione continuâ: ut

primo calcinetur, postea soluatur. Calcinatum enim corpus quod solidum prius erat, iam discontinuum evadit, & veluti impalpabile quoad tactum, magis quam prius solutionis suscepitum. Non calcinatum solutioni nimis erit contumax. Neq; tamen cum rebus corrodentibus, aut humanæ naturæ infestis calcinationem moliri debemus; ut vulgo fieri solet, per aquas (nimirum) fortes, ex vitriolo, Alumine, Nitro, & similibus. Ablutiones enim licet vigentes repeatantur, venenatas impressiones aquarum fortium auferre nequeunt. In verâ ac Philosophica calcinatione, nullæ residuæ sunt cruditates, aut venenatae impuritates vomitionum, resolutionum, palpitationum Cordis procreatices. Cavendum semper ne ex huiusmodi malitia, aliquid in Medicando damni patiamur.

Calcinatum hoc corpus Spagyrico ritu in vase vitro collocamus: cui affundimus aquam Cælicam Raymundinam dictam: quam protinus ebullire conspicies, & in altum ascendere absq; alio calore. Cessante ebullitione, & iuncturis per optimè clausis ne quid respiret, in temperato calore per aliquot dies statuimus. Ita sensim aqua hæc nostra flavo colore tingitur, ac si Croco perfunderetur. Quod clarum est evacuamus in aliam ampullam per inclinationem

tionem cautè ne turbentur fæces. Aliam affundimus aquam priori similem iteratis semper vicibus, vsq; dum ulterius non coloretur aqua. Omnes coloratas has aquas simul collectas, per lentissimum Balnei calorem edistillamus. Exit aqua clara (vt prius) Materia Auri soluta, subsedit in vitri fundo Mellis instar, solubilis in quoque liquore.

Dura illa compages iam soluta est, & Metallica Auri forma omnino destructa: adeò vt in nullum ulterius Metallum reduci possit. Internum tanien nullâ ignis violentiâ devastari potest hæc substantia, aut in favillam aduri, quod perfectionis Auri certissimum est signum. Ista enim solutio, est sub conseruatione suæ speciei, & est solennis ac verè Philosophica, non corrosio illa sophistica & vulgaris. Prætereà suum humidum primigenium conseruatur integrum, quia nostrum hoc agens Auto ipso temperatum in natura est, non contra naturam, vt sunt aquæ fortes, quæ non omnino sunt de intentione Philosophorum. Ex contrariorum enim conjunctione commixtioneq; corruptuntur semper Essentie rerum, vincente prædominanteq; contrario. Vero autem ac Philosophica illa solutio fieri semper consuevit cum rebus in natura temperatis: ita non irritatur natura Auti, nec

~~non~~ vilm, aut violentam inimicitiam persentit.

Temperatum id quod requiritur in hac Philosophia ita complexionatum quid est, ut hoc ipsum recipiat & incorporetur cum eo cui fuerit adiunctum, sic ut veterem & suam complexionem haudquaquam patefaciat amplius, sed virtutes illius tantum quod ei fuerit adiunctum. Et ob hanc causam Mercurius Philosophorum cognominatur, & Mercurio Planetæ assimilatur. Recipit quācunq; impressionē veluti cera, & omnium horarum dicitur esse homo. In sphæra Ignis, igneam vim edit: in sphera Aeris, aeream: & sic in reliquis. Atq; in hoc elucidatur etiam illud Raymundi, in confectione Medicinæ suæ secretissimæ atq; vniuersalis; ubi cum aqua sua Cælica uno eodemq; Menstruo, centum quadraginta trium specierum selectissimarum Essentias evocat: Mineralium (nimis) Animalium, ac Vegetabilium rerum. Ut ex Auro, Gemmis, Margaritis, Corallis, & Ambra: ex terra sigillata & Bolo: ex Silicibus combustis: ex Ossibus, Cornibus, Radicibus, Stirpibus, Frondibus, Seminibus, fructibus; ex humano sanguine: ex Saccharo, Melle, Manna, ex Terebinthina: ex Gummis, & succis plurimis: Istarum specierum omnium Animas,

Tin-

Tincturas, Essentias evocat, & suas illis participat reciprocè vires, vnde & earum etiam operationes adauget. Disrumpit solidissima Auri & Argenti membra: & teneros Rosarum flores, Gariophillorum & Anthos, consimili attritu, & eodem planè artificio, non corrumpit, adurit, aut inficit. Expertus ista loquor de proprio nostro Mēstruo verè Raymundino, cuius adeò amicabilis & blanda est solutionis actio in rebus omnibus ac singulis, ut agens vniuersalis dici mereatur. Robustissima enim quæcunq; corpora cum debilissimo, temperat in uno gradu. Hoc est illud de quo Crollius, sic loquitur. Aqua sapientiæ Philosophorum vna est, quæ omnia Mettalla ac lapides ab impuro puncti quatesnatij coagulationis vinculo Philosophicè & naturaliter liberat: nec est sub Cœlo modus alius dissolvendi Philosophicè corpus Solis, quam per vniuersale menstruum Mercuriale Philosophorum totius Naturæ secretissimum. In sequentibus etiam addit. Qui Dei benignitate fontem vniuersalis Menstrui attingit, ille ex Philosophorum veridico relatu poterit non solum omnia ac singula Metalla, verum etiam lapides tam nobiles quam ignobiles, ac Minerale etiam eiusdem beneficio naturaliter & radicaliter in sua tria resoluere, qui resolutus

& potabilis liquor regeneratus, separatis sponte in fundo facibus, posteas à pie-docto Medico visib⁹ huianis pro sua voluntate & arbitrio secundum Morbi exigentiam legitimè accommodari, & stupēdo successu administrari potest. Atq; hæc de Menstruali agente nostro dicta sint, ne calumniandi ansam capter quispiam ex solutione nostrâ. Nos corrosiva quæcumque è nostro Magisterio exterminamus, & quæ contra Aurum complexionata sunt omnia.

Sed ut meum propositum non destruatur, vltius progrediendum censeo. Namq; hic primus est tantummodo operationis gradus: verus tamen ac Philosophicus, tutus in Medicando ac salutaris. Nos in via tantummodo perfectionis potionis aitare etiamdum insistimus.

Diducas (alios adhuc) riuos secundo è fonte beatos.

Quanta autem in curandis Morbis sustinetur Aurum vires sub ista mellis forma existens, ab eventu clarissima est, & aliorum iudicijs hoc relinquo. Nos enim per annum integrum & amplius eodem usi sumus optimo cum successu, in gravissimis Morbis, & hominum opinione desperatis, antequam transire fecimus per Alembicum tincturana ipsam separatā a corpore.

Pro-

Proxi⁹ igitur regimen est iuxta Spagyricum processum, vt separatio fiat Spiritus à copore: nimirum vt tinctura elevetur, & per Alembicum transeat in recipiens vas. Ita purū, quod est anima, separatur ab impuro, id est, corpore. Nam virtus actiua & potentissima vis, in Tinctura duntaxat existit. Hoc vt dextrè fiat sic progredimur.

Coloratas illas superius commemoratas aquas, non in Balneo distillamus (vt supra) usq; dum deveniat Aurum in formam mellis, sed per cineres elevamus, quæ fortiorem sustinent ignitionem. Ita anima Auri, quæ in spiritu dicti menstrui hospitatur (vehiculo inquam suo proprio) veluti in ventre venti portatur. Ascendit in caput Alembici, & guttatiū decidit in recipiens vas sub colore rubicundissimo. Terram autem Auri in vitri fundo conspicies, nigrā & siccā veluti rem mortuam, spongiosam item & leuem. Non tamen projicias has terras quæ sunt nigrae & siccæ, vt suadet Philosophus.

Distillatum hoc Menstruum, & una cum Essentia Auti mixtum, in cucurbita vitrea mundā, cum suo Alembico ac recipiente, iuncturis optimè sigillatis collocamus in Balneo tepido. Blando hoc calore distillabitur tibi aqua clarissima. In vitri fundo remanebit tinctura quam optas.

E 3

optas. Tincturam hanc per vini spiritum solvimus: spiritum separamus alternis vicibus: & in hunc modum colorem illius clarificamus (vt Philosophi verbis utrū) hoc est, ad gradum puritatis summæ exaltamus. Hæc est vera tinctura Auri à Philosophis tantopere decentata, quæ nos fruimur, & manavit ab altissimo. Hæc tinctura, summum in expurgando, renovando, restituendo, universi corporis sanguine mysticum continet (vt in Archidoxis habetur.) Est etiam Essentia ipsa Auri, sic dicta, quia tinctura tubea tracta separataq; fuit à suo corpore, vt habetur in libro de Contracturis, ubi Paracelsus disserimen ponit, inter Potabile Aurum sic si impliciter dictum, & Essentiam Auri, quæ in altiori gradu collocatur, & in longè minori dosi exhibetur.

Altera enim illa Mellea substantia cuius prius memini, quæ continet in se Spiritum simul ac Corpus auri, quæ nondum per Alembicum transiit, Potabile Aurum nuncupatur, à Philoso pho, eo quod redigitur in substantiam quæ bibi potest, vna cum alijs spiritibus & liquoribus. Nullam igitur nobis imposturæ notam invrete debetis (ò virti laureati) si eodem nos vnam titulō, qui utramq; possidemus: primam scilicet solutionem Auri in mellis formam redactam,

dæcam, solubilem in quocunque liquore veluti mel ipsum, & revera potabilem, ut solutum Mel; atque Tincturam, Animam, siue Essentiam ipsam Auri separatam à suo Corpore, atque in altiori præparationis gradu existente, & Potabilem etiam.

*Obiectio.*

Sed instant plurimi, qui fidenter affirmant Potabile Aurum nullum esse aut nuncupari debere, nisi post complecum Elixir, siue lapideum Philosophorum, in quo est materia sanitatis ac divitiarum simul. Vtrunque enim ex eodem fonte fluit. Et cum Crysoxiam siue Argentopæiam non agnoscant prudentiores, altiorisque ingenij homines, de Auro etiam potabili sententiam dicunt.

*Solutio.*

De Metallorum quidem Metamorphosi, ex omnigena Philosophorum lectione inquirere licebit. Quod Medici est ego tracto: reliquum in suo valore maneat. Et licet non desint plurimi qui existiment in Auro semen esse Auri ad propagationem aptum,

Nam simili semper frondescet virga Metallo. ut cecinit ille.  
nos tamen illa ad quæ vocati non sumus relin quimus, & alijs commendamus, qui otij gratiâ res

res novas tractant: & dicimus, quod vna est Alchymica intentio ad transmutationem, altera ad Medicinam tantum: vt patet ex diversis regimini bus, & signis demonstrativis in utroq; opere apparentibus. Medicus suum probè exequitur munus, si ponderosum Auricorpus leve reddat: durum emolliat: si indigestibile, digestioni obedire faciat, & humanis spiritibus obtemperans: si Metallicam Auti formam exuat, novamq; inducat irreducibilem. Longè aliud requiritur ad projectionem Metallicam, de quo non est hic ulterius disputandi locus. Nobis sat sit docuisse, Artem potionis Aureæ conficiendæ veram esse & certam: Potionem similiter ipsam summam esse Medicinam.

## C A P. 5.

*Petit Author publicum examen fieri veritatis huius Mysterij per oculatos testes, aut silentium imponit oblatrantibus sempiternum.*

**S**Vbvereor ne hæc que dixi omnia, tanquam inanis ostentationis ludibria condemnata verintij, qui norunt quam multi nobilitate, osci pulentiâ, eruditione, atque acumine conspicui, in

in eadem quâ nos Spagyricorum provinciâ per tot annos militarunt, frustra tamen & inviliter desudarunt, vt ab eventu clarum est. Mirum igitur quod ego, non electus unus, sed relictus ex omnibus, id mihi pollicear, quod alijs multò melius (quod fateor) vndiq; instruatis concessum non est: vnde & imposturæ eximia reus esse existimor. Quid iam agendum, vt qne expediām à tanti criminis suspicione? Scio ego quantis suetibus me obiecerim. Sed esto: fluentibus superatis, leviori posthac vremur remigio. Quare, vt me ab omni suspicione liberem, nihil mihi magis in votis est, quām vt tres, quartuor, aut plures (quò testator fiat veritas) adversarij mei huius Mysterij spectatores constuantur; cum quibus totidem alios iudicio & quæ maturo, ingenij autem paulo initioribus, adesse, reiq; gerendæ interesse velim. In quorum conspectu, nisi quod in me suscepi, nullo fraudis suco adhibito, effectum dedero, ac Mysterium verbis iam initum re complevero, nullam deprecor infamiam. Quod si non impetravero illud saltem opto, & (quod æquum est) postulo, vt liberior in posterum veritati fiat transitus.

Tu, si quid novisti rectius istis,  
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

Hæc si imposturam vllam sapiant, detegant eam eius æmuli, aut in posterum semper contineant. Clam (quod scio) indicis mē petunt criminibus suis falsis. Sed non est ex omnibus qui me imposturæ coram redarguit. Indixi bellum apertum: veritas non quærit angulos, nec metuit poenas. Non sum ego multum solicitus, ut hisce viris bonis satisfaciam, quibus (mercede) non persuadebo vñquam, etiam si persuaserem. Vobis autem Britanniæ Magnæ inclyta soboles, qui nobili stirpe nati, verâ nobilitate clari estis, vobis (inquam) hæc scripta sint: vobis & seritur, & metitur: vestrâ interest hæc novisse. Interest (inquam) quia vestra tunc res agitur, paries vbi proximus ardet. In Particularibus insistere nolo. Recordemini tamen mecum (si placet) perisse hac æfate plurimos, quibus Ca-thartica propinarunt, ipso Morbi statu etiam-dum in Naturæ silentio requiescente. Interim enim Morbi occultas habent plerunq; generationes atq; invisibles: iuxta illud Galeni. Par-tes licet corporis in superficie constitutæ, vna cum affectuum Idea facile sensibus deprehendantur: tamen qui in imo corpore latente affe-c-tus, exercitatum ratione virum desiderant. Sed licet maximè exercitatus sit Medicus, quā-doq; tamen bonus dormitat Homerus. Indica-tiones

tiones Morborum sæpen numero diu silent, & omnes humani sensus obstupecunt; miranturq; sæpius ex lævibus occasionibus, tantas symptomatum calamitates supervenisse. Quid igitur agendum Medico incunt Morbi accessito, vbi sensuum subtilitates adhuc deficiunt? Si omnino destituatur æger Medicinali levamine, dejicitur ille citè ad tristitiam & desperationem. Medicus etiam in opprobrium ducetur & contemptus. Regendus fortasse infirmus iuxta præscriptos veterum Canones, rebus temperatis, & temperamento finitimi, quæ vel non immutant corpus, aut si immutant, nociva impressio corrigi possit facilimè, vt suadet Arnaldus de Villa nova. Sed nec hoc tutum erit consilium semper. Venenosí Morbi sæpissimè insestant: & populariter debacchante Peste licebit cernere, non infirmam soluimmodo plebeculæ, sed illustres familias Pestis contaminatas, pri-mariosq; Cives divitijs affluent, Pestilentia vis adeò cito est, & occasio præceps, vt nullam omnino admittat moram. Præcipuum sit igitur in Medico qui ægrotum curat, vt Cor bene defendat; postea Morbum strenue aggrediatur.

Variolæ similiter, Morbilli, & huiusmodi omnis internalues, protinus protrudenda est

ad exteriora rebus ad id appropriatis, ne venenum Cor ipsum petat, & subito interimat. Omnis autem purgativa facultas, venenum ad interiora trahit, & amicam ebullitionem (quae fit quandoque Naturæ solo imperu vigoreq; strenuo) impedit ac retardat, vnde retro fluit infestans virus. Triste fatum decumbenti, ubi sic delinquitur. Tua igitur iam res agitur quisquis sis: venenosí enim morbi ubique grassantur, etiam in ipsa Aula Regia; nec hisce Remedijs obtemperant latitantes illi Morbi: Intenditur potius eorum virus. Quantò satius ac tuius consuliut nobis in his Sever. Dana, ubi (inquit) ingruentis Morbi iudicium fuerit adeò anceps, Si occultas (inquit ille) Morborum provincias accedere velimus, internas & constantes rerum proprietates scrutemur, quales sunt in supremis illis corporibus: Auro, Argento, Gemmis, Margaritis, Corallis: hisce comitibus, ducibus ac nuncijs, occultas Morborum radices inveniemus, & inventas placide auferemus. Tum est consilium: acquiescite in hoc, ut bene sit cum ægrotis vestris. Sed displicant hi conatus, requiruntur labores, vigiliae, ac sumptus. Redibit tamen vobis semper cum fœnore & labor & sumptus. Novas autem curationum Ideas in Medicinam introducere consentaneū esse

esse non iudicatis. At hæc disciplina antiquissima est longeq; verissima. Ab ipso Hermete Trismegista, proximè post deluvium originem duxit. Hæc est illa vera Medicina quam Dei eloquia laudatam volunt: non autem culinaria altera ars quam plebecula admiratur, quæ tam nec laboriosa est, nec profundè quæsita:

*Auriferos* (autem) inter riuos Neptunia Thetis

Dicit Hera choros, vitreisque exultat in undis.

latenter enim quiescit in Auro præcipuis Naturæ thesaurus: hunc etuere nos conamus veluti ex imis terræ penetralibus, ad perpetranda miraculosa in sanatione Morborum: quem adepti, ecceum Medicinam quæ occultos morbos perripere cogit, manifestos extirpat. Aptæ sunt haec arna & congrua ad quacumq; militiam: tuta, iucunda, & summarum virtutum.

## C A P. 6.

*Quod Aurum Potabile vniuersalis Medicina dici mereatur.*

**E**st quædam vniuersalis curandi ratio apud Philosophos, quæ maxiimè vniuersalis & suprema nuncupatur. Materia huius operis gradus excellentioris est, quam aliorum omnium Arcanorum: quorum quidem virtutes, vires, & proprietates continere dicitur omnes & præcellere. An hæc Medicina parari possit, in controversiam vocatur quæstio. Optanda esset vniuersalis illa, sed paucis concessa fuit. Eam nos in valore suo relinquimus. Alia sunt intermedia Arcana, vniuersalia tamen Remedia, sed subalterna. Hæc valde appropinquant ad proprietates & conditiones vniuersalium Curationum, & æmulantur ipsas. Capitales illi Morbi, quorum Monarchia inexpugnabilis censetur à plurimis, hisce remedijs særissime obtemperant. Huius ordinis Arcana quæ ex Auro prolicita fuerint, ex testimonio omnium Philosophorum pretiosissima sunt & summarum viriū, si Spagyrica Arte ritè præparentur. Essentia Auri quæ potabilis est in omni liquo-

re, ex disciplina Ray. Lully, confert vnicuiq; pro quacunq; infirmitate, vt habetur in libro suo de conseruatione vitæ humanæ, & in libro Merciorum, & libello Elucidarij. Et valet ad omnem humanam infirmitatem, vt appareat in libro de Medicina secretissima. Huic sententiae astipulantur alij etiam Philosophi. Adæquat (inquiunt) humores inæquatos: Vitales omnes spiritus mirificè roborat: & infinitis alijs dotibus ornatur Aurum, quæ in particulari Medicina non cernuntur vñquam. Illa erroris plena est: altera omnino secura. In Particulari sanatione fructus solummodo tolluntur: Symptoma, Paroxismi, dolores mitigantur: excrementorum evacuationes instituuntur vnde debilitatur natura ut pluriū, idcirco corroborations adiunguntur) sed fixioris Morbi radices vix extirpani vñquam. Seminales Morborum tincturæ residuæ sunt, & novos per intervalla cruciatus excitant. Particularis tamen sanatio cum vniuersali Medicina adiuta, vniuersalis curationis officio særè fungitur, impuritatim radices consumendo, & natuam virtutem confortando.

Vniuersalis autem ac perfecta sanatio illa dicitur, vbi operationes non sunt evacuationes illæ vñstatæ & exrementitiae, quasi Crapulâ laboraret,

boraret, copiosiores fortasse quam vires facile ferunt: sed ubi illa absolvuntur quae desiderantur, electiones spontaneæ & humanæ naturæ consentaneæ, per sedes, per vrinam, persudorem, per insensibilem transpirationem: quæ quidem omnia perficiuntur cum una eademq; Medicina, resoluendo, consumendo, dissipando impuritates morbosas, & corroborando, consolidando, custodiendo innatum. Microcosmi vigorem. Istiusmodi curationes omnes, quæ roboratione, sedatione, & mitigatione absolvuntur, tutissimæ sunt, præstantissimæ, & altissimæ. Tales omnino exercentur operationes in poculēto Auro, cuius spiritualis vis à corpora mole libera, altius penetrat, locisq; distantibus facile actiones imprimit, collapsas spirituum vires refocillat, corroboratq; innatum robur aduersus internum hostem quemcunq; deum Morbum. Merito igitur inter vnuasales Medicinas annumeratur.

## C A P. 7.

*De multiplici usu ac viribus  
nostrī Potabilis Auri.*

**H**Æc de Potibili Auro Medicinali canūm (non illo transmutatorio) à Philosophis

phis decantata sunt. Nostrum autem Magistrum ex Auro: de quo iam habetur quæstio, quantas & quales sustineat vires, in profligandis Morbis, & atrocioribus affectionibus contemperandis, probatione non indiget vltiori, quam oculari experimento & quotidiano. Non desunt vbiq; locupletissimi testes, in Aula Regia; in Civitate hac celeberrima; deniq; per universam Britannæ nostræ Insulam.

Dirum illud vomitionis malum, vbi oīnnia <sup>ve</sup> <sub>co</sub> ingesta reiiciuntur crebrò, tam alimenta, quam Medicamenta, cum assiduo cruciatu ac tortura totius corporis (lugendum spectaculum) Indomitum inquam atq; inexpugnabile hoc malum; portiunctula minima potionis nostræ Auri <sup>composita</sup> ilicò. Laritatem enim intus quemcunq; hostem semper domat, & mitigat forociam eius, eumq; temperat ex temperata sua natura. Nunquam non victor evasit Essentia ista.

Vt vomitum, ita & blui fluxum nimium sisit: non constipando ventrem ut moris est, quod novum sè penumero facessat negotium, unde erit in polterius malum priori peius quādōq; evadit, sed confortando collapsas membrorum ac spirituum vires, aut redundantium humorum accidinet ac ferociam nimiam man-

*Aurum Potabile.*

mansuetiens. Ita tamen immoderatum fluxum restringit, & non deficit debita ac quotidianæ excretio, naturæ nostræ conservans.

Vrinæ succurrit difficultati: ciusq; stillicidio ex accedine confluentium vrinarum, aut proper infestos humores de corpore evanantes.

In Epidemicis & Pesto correptis Catholicon est Remedium, si tempestiuè sumatur. Grassante nuper Peste in hac Ciuitate, testimonia apparebant satis ampla.

In ardenti febre, & acutis huiusmodi Morbis, vbi spiritus incendio flagrant, hæc Medicina dicto citius (quod aiunt) vasorum Naturæ orificia obstruēta deoppilat, spiritus liberat in refrigerium Cordis iam effervescentis, madidumq; paulatiuè inducit sudorem fuscatis prænuncium.

Resoluta rigore membra ita ut mortum & sensum amiserint, quandoq; etiam loquela ipsam, restituta sunt solo potabili hoc Auro, ex eo quod blandum (vtr: assoler) promouebat citò sudorem.

Non soporiferum est aut stupefactivum: at tamen post vigilias, conciliare solet somnum quietum ac profundum, maxime in variis longa ægritudine deictis, in tabidis, in parturientibus ad summam debilitatem prostratis,

ab-

*Aurum Potabile.*

aboreum patientibus, & prægnantibus infirmis: non autem opiatice vllâ vi, sed proprietate confortativâ, omnes passiones doloresq; suavitet sedans, calores extingueens, turbatos spiritus & abiectos suo delinimesito refocillans: sedat etiam dyscrasiam febrilem.

Quid excellentius in tota Medicina? quid optabilius, quam blandum in hunc modum conciliare somnum, absq; omni incommodo Sternit enim viam rectâ ad salutem. Ingrati sunt erga Deum atq; homines, qui Dei hæc Magnalia sepulta velint.

Alias quascunque Medicinales eius vires lumen praeteret: longum esset iter ad omnia; Summa sequor. Non tamen pigebit huc attondere testimonia quædam honorifica in confirmationem eorum quæ superius sunt posita. Nuda nostra assertio, vix (fortasse) increbitur fidem. Hæc ego ex vernaculo sciamus uti decuit transluli: litera scripta apud me manet.

**C**um esset apud venerabilem Antistitem, mihiq; plurimis nominibus colendum, Episcopum Wintonensem, post variis hinc inde collatos sermones, tandem de Auro quo potabili sententiam meam postulabat. Respondi, Autum potabile inter omnia quidem Medicamenta facile primas tenere, si debite preparatum rite administretur. Cuiusmodi autem illud tuum esse, octo his ultimò clavis diebus certo experimento deprehendi. Quatuor enim sunt anni ex quo nurus mea cum magno intuentium stupore, continua ferè Epilepsia ab vetero paroxysmis, & formidolosis convulsionibus correpta fuit. Ad eò ut ad eam Stomachi debilitatem adduxa fuerit, ut nec cibum, nec liquida, nec Medicinas, absque vomitione & animi deliquiosum esse posset, quamvis Galeno-Chymicas Medicinas per multas hauserit, à Doctore Chaello, viro in utroq; genere eruditio preparatas. Hæc ego gravia Symptoma præsens intuitus, coram reverendo Præsule vices illius multum lugebam, negaviq; quicquam ei profuturum, nisi forte aurum potabile præberetur. Hic ille, pro solita sua misericordia & charitate, infit ad manum illi esse de tuo, & quidem si illi porrigerem, mihi libentissime

præ-

præstare velle. Accepit conditionem, statim post redditum meum qui fuit die Dominico ultimo, illam reperi decubante, oculis in caput retractis, manibus retro contortis, thorace adinodum elevato, in corpore autem strepitus audiebat, tanquam sonitus aquarum multarum & flatyrum. Aurum potabile exhibui, atque intra semihorile spatum, omnia illa gravia symptomata evanuerunt, quæ quidem à primâ syncope ad horas 24. nunquam antea cessaverant, & erant fermè continuæ. Ab inde carnes edit, quas quidem in mensim antea non gustaverat: easque retinuit, quæ paulò ante ne potum quidem continuerit: eo usque revaluit. Et si possim efficere, ut soluta sit, ut peccantes humores præcipitet, non dubito quin præter omnium opinionem convalescat. Quod si fiat, Auro tuo potabili acceptum feram, ut Medicinæ præstantissimæ & legitimè præparatae. Nec non possum te, ut virum dignissimum colere, deq; patria optimè meritum, qui tantam hanc Medicinam in lucem attuleris. Quocirca noli putare (reverende Doctor) me Auro tuo potabili detraxisse quicquam, sed illud potius de hoc tanto bono impensis laudavisse: cuius quidem facti mei testes habeo & frequentes & uberti-

G 3

mos,

mos, & in his (certò scio) principem Episco-  
pum Wintoniensem. Vale.

*Tui studiosissimus Tho. Leuknerus.  
Medicine Doctor.*

**G**rassatur hic inter nos / egregie Doctor)  
Morbus quidam novus ortus, qui Caput,  
Stomachum, & ossa totius corporis ita afficit,  
vt alios in Phrenesim, alios etiam in Maniam  
adigat. Nonnullis in domo patris mei hoc Mor-  
bo correptis, Aurum tuum potabile propinavi:  
quo quidem & citò & indubitò liberantur. Si  
quidem Morbus invaluerit, paulò tardius resti-  
tuit. Si statim post accessu Morbi sumatur, vim  
eius ita retundit, vt graviora symptomata non  
secent. Vt cunq; se Morbus haber, Medicina ta-  
men tertio aut quartò hausta, illum profligat.  
Hisce experimentis penum omnem exhausti.  
Peto igitur à te vt penuriam meam resartias.  
Cursori isto vncias trade quatuor, in quas ab  
illo accipies solidos viginti.

Vale, Barkhamsteed.  
13. August. 1609.  
*Tuis fidelis H. Cary.*

Post

**P**ost tunc nuper à me discessum, pauperem  
quendam è villa nostra solo auro tuo pora-  
bili restitui, qui diè Solis ultimò in aurora subi-  
cà Paralyssi mutus remanserat per totum illum  
diem. Sub noctem autem, & sensus omnis, &  
motus tibias eius usq; ad genua deseruerat. Ut  
nam ita cum mea filiola operetur, vt saluam i-  
dentidem & valentein restituat. Vale.

August. 31. 1609.  
*Tui amississimus H. Cary.*

**S**ervavi apud me, vti pretiosum aliquem the-  
saurum, aquam illam quam Autum potabi-  
le nominas, quam termino Trinitatis à te acce-  
peram. Servavi (inquam) donec coactus eam  
necessitatibus amicorum condonavi. Erant e-  
nim hic duæ nobiles Dominæ adhuc à partu  
languidæ decumbentes: quarum una in Cau-  
sonem inciderat ambabús dubia saluss, erant e-  
tiam prorsus insomnes. Hausto autem tuo li-  
quore aureo, & somnum, & solitas corporum  
vires, & animorum lœtitiam recuperaverant. Et  
cum tantas eius vires deprehenderim, nolle  
eō planè destitui. Peto igitur vt vincias mihi du-  
as illius ipissimi liquoris transmittas, Nunci-  
us iste pecunias numerabit. Et cum proximè  
Lon-

convenire accesseris & te videba. Sc̄ tibi de  
Medicamentis h̄oꝝ; gratias v̄e metit ips. A.  
gusti. N. H. b. f. D. e. o. m. P. c. b. o. g. n. s. i. l. l.  
m. u. l. d. m. o. i. 199. 1699. T. u. a. m. n. i. s. h. u. n. s.  
x. 2. x. m. i. o. a. l. o. i. 3. 3. 3. W. a. l. t. e. r. u. s. H. a. l. t. i. n. g.  
- i. V. u. n. c. u. r. c. l. e. t. i. l. l. o. y. h. p. i. v. a. n. s. a. l. o. n. z. u. n. t.  
**D**uobus vix ipotesi (reuerende Dn. Antoni)  
Quātā animi liberitā perfluis. sum. quod  
etiam foeliciter. Auro tuto potabili Comitissa  
Dorcestria vſaſit. Eoꝝ; magis lætor, quod ux-  
oris meæ suauis illud affūpserit. Hac ipsa quā  
scribo aurora dignissimo Comiti Marito eius  
in Aula Regia siebam obvius. Hic mihi retulit  
quām mirabilior, quām celeriter aqua illa Do-  
minoꝝ ſoꝝ vires labefactatas recuperat, adeo  
taugoumī autem & iuſomq; magnatq; tuo no-  
minis vñori meꝝ gratias habuit, quod tei addu-  
xerat. Hoc ego arripiui, & indicavi quanta an-  
teā preſliteras eo solo liquore in uxoris mec-  
sanatione illud ad modum insolenti quidem, &  
de qua cepli inſuln amem. Dixi quod sangues  
perpoffa eſt. dixi quanta vitaliunt spirituum  
conſervacione percussa: dixi quām ſoit vicina  
morti, q; cum ſanctib; ita erupta eſt, ut euā  
quām tuam tergivitaffet, & q; ſuē ſobib; appeti-  
tia, & cetera signa ſint conſequatæ ſalutis:  
quām etiam inſtrā quinq; aut ſex dies integrā  
& il-

91  
& illæſam recuperavit. Huic autem tanto tuo  
beneficio id reddam quod habeo, ſummum  
neimpe vt illud prælustribus meis amicis prædi-  
cem, qui tuā operā imposterum vſuri, maiora  
tuis ſtudijs præmia repēdant, quam meæ fortu-  
næ tenuitas patietur. Rogo te vt buic tabellario  
vñcas quatuor firmiter clausas ad me des: has  
rus mittam. Si eo ſuccesſu quo priorem meam  
copiam in vrbe diſtribui, nonnullas (certò ſcio)  
gratias merebor. Nulli enim (audeo dicere) nul-  
li adhuc medicamentum illud impertivi, cui  
mirificiſſimè opeim & ſalutem non attulerit.  
Nominibo tantū duos: filium meum & malo  
& Medicamentis tabeſcentem, & dilectum fra-  
trem Tho. Lewknerum. Perplures ſilebo, &  
ſamulos meos & vicinos. Valc. Ianuarij. 7. 1699.

Tibi verè amicus  
Lodowicus Lewknerus.

H 1

Recd.

*Recapitulatio opusculi in summa ab  
alio loco breviata.*

**V**Thuic tractatulo imponam finem, præmissa quæcunq; sunt, in veritatis Philosophicæ indubitatæ attestationem scripra sint. Manualis experientia quæ mibi ab Altissimo concessa est, & comprobauit sapientiam, & palam (vbi ad id vocatus fuero) confirmabit hæc omnia. Non ego alicuius iudicium exhorresco. Si quis ambiguus habiteret, probe confirmabatur, nisi malitiosa contentiosus fuerit. Ne scilicet igitur Authoris fides suspecta, nisi prius evictus fuerit Author, qui scribundus cineritum experit & examen publicum. Ego in quaestione huius veritatis cognoscendæ de orationis ornatum non fui admodum sollicitus. Tenui ego (vti potui) meā Mineruā, quæ huic instituto inferuire mihi visa sunt, complevi breuiter. Veritas nudam se gestiens verborum illecebris nullatenus indiget. Quæ cecini vera sunt, & apertas fores cerno ad altiora Arcana.

*FINIS.*